

Monseigneur,

349.

N<sup>o</sup> 66

Qualiter in Curlandia de facto procedatur, et quid temerario modo ausi fuerint Supremi Consiliiarii dignetur Illrma Excella Vra ex annexis imprimis signo notatis et sublineatis perspicere. Non communicaverunt mihi responsum ab usdem ad Principis Menszkow porrecta puncta, Dat Lit: A. nec minimam de de, runt notitiam cesideriorum eidem Principi Menszkow exhibitorum, ad qua declaratio die 16. Martii. 1712. subsecuta Lit: B. imo nil quicquam ex relatione Consiliiarii haberem, qui pro beneplacito quasi re bene gesta disponunt, nisi ab aliis ejus, modi notitiam conquirerem, qui maxime desuper querulantur et ejusmodi proceduras detestantur. Unde cum talia contra Rescripta Regia, contra interdictum et expressam inhibitionem meam agant, qua in maximum mei praedictum, everisionem Status et Regimini, Dismembrationem, divisionem et aggravationem Feudi Regis et Reipl: evidenter vergunt, imo speciem perduellionis redolent, quia et contra Jura Ducalia, et auctoritatem Regiam et Reipl: et ipsam et Patriam machinantur, unde nisi mature sistuntur hujusmodi conatus, verendum, ne tam Dna Margrabia Bareythiana, quam Dna Abbatisa, Soror, Principissa Curlandia, alij Pretendentes ex transfusione juris per Potentiores assistentiam de facto reliqua bona occupare praesumant, prout nunc inauditio modo bona mensalia

telonica, redditus postarum, et quicunq; majores et minores proventus praripiuntur, Consiliarius nilquicquam in contrarium remonstrantibus, imo consentientibus ultro, quibus tamen liberum erat ad approbationem Regiam et meam recursum facere et provocare, omnimodee precavendum, ut mediante severiori Rescripto Regio semel pro semper obex ponatur. Committo Illustri Excellie Vrae generosa disjudicationi, an non Instigator Regni, ex officio contra ejusmodi temerarias proceduras insurgere debeat, ex fundamento, quod contra vinculum juratae fidei, quo cum mihi, et eventualiter Inclytae Reipublicae obstricti sunt, ausi fuerint me in scio disponere super videlicet tradere bona, imo mensalia, ordinare redditus, et quoscunq; proventus nilquicquam pro subsistentia mihi relinquendo, sed cedere, et a fide jurata abalienare, officiales quoscunq; per expeditionem mandatorum sub titulo et nomine meo emanatorum, implorare protectionem exoticam, et quibuscunq; desideris, de quibus prius mecum, vel cum Sac. Regis Matris approbatione agendum erat, absolute, non habita consideratione, quod Dno Feudi, Feudatario et feudo maxime gravam, noxa erant, et in ejusdem ruinam evidenter tenderent, deferre, et super multas alias exorbitantias contra jurata fidem, et qualiter hoc proxime cum effectu pro satisfactione mea expediri possit. Literas Regias ad Sac. Graecam Majestatem in favorem liberationis Ducatum meorum datas tran-

mittendi occasionem non habeo, neq; omnimodam securitatem promittere possum, si eadem tradendas Consiliarius Supremis transmitterem, unde pergratum mihi foret, si Illrma Excella Vra mihi adequatum medium eo transferendi et porrigendi eadem suppeditare dignabitur. Pro benevole procuratis et perceptis expeditionibus multas exsolvo gratias, meq; devinctum profiteor, et dum molimina Curlandor' per factiones nefarias nulloatenus cessant, imo ut evidenter patet, per illicita media augentur, ulterioribus favoribus me negotia mea pro singulari affectu omni meliori modo commendo, quavis occasione permansurus

Illrmae Excellae Vrae

P.S. Transmitto quoq; Pacta Dotalia dit. C. <sup>prout mihi a Consiliariis per</sup> ~~Coloniensis~~ Grabau missa sunt. super qua tanquam sume praepudiosa Consiliarii nec poterant nec debebant me in scio et inrequisito quicquam statuere, videlicet Diviu ordinare, bona mensalia omni jure Privilegiata cu quibuscunq; proventibus, et eo ipso mihi subsistentia striper, videlicet Ducissa vero tantu quotannis ordinare, quantu revera in vim dotis intulit, quo ipso feudum Regale et Reipl: sumo periculo exponitur, nisi tempestive molimina aboleantur, et a potentiori possessore liberentur, totu cessaret regimen.

Observantissimus et ad officia paratissimus Servitor

Gedani die 21. Maji. 1712.

Ferdinandus Dux Curlandiae

352.

<sup>2</sup>  
Ferdinandus Dux Surlan  
d. 21 Maj. 1712